ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 34r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

protinus docent. Unde bene primus pastor ecclesie
pastores ceteros ammonet dicens paratos semp adstatis
factionē omi poscenti uos rationē de ea que in uobis e
spe. Ac si apte dicat. ut portandam arcam mora nulla
ppediat. uectes a circulis numquam recedant.
Quia igitur qualis ee debeat pastor ostendimus
nunc qualiter doceat demonstremus; ut enim longe
ante nos reuerende memorie gregorius nazianzenus
edocuit. Non una eademq; cunctis exhortatio con
gruit. quia nec cunctos par morum qualitas astringit.
Sepe namq; alius officium que alius prosunt. quia et
plerumq; herbe que hec animalia nutriunt alia occidunt.
Et lenis sibilus equos mitigat. catulos instigat. et medica
mentum quod hunc morbum imminuit. alteri uires iungit.
et panis qui uitam fortium roborat. paruulorum necat. Pro
qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum.
ut et ad sua singulis congruat. et tamen a communis edifi
cationis arte numquam recedat. Quid enim sunt in tem
memet auditorum nisi ut ita dixerim quedam in cytthara
tensiones triate chordarum quas tangendi artifex ut non
sibimet ipsi dissimile canticum faciat dissimiliter pulsat.
Et ic circo chorde consona modulationē reddunt. quia uno
quidem plectro sed non uno impulso feriuntur.
Unde et doctor quisq; ut in una cunctos uirtute carnatis